

A CAROLVS V. Caesarum maximus in Africa prælio decertatus, quod iam iam imminerebat, ocius receptui occinit, depromens nobilem illam vocem: Malim vnum fidelem seruare, quam mille Mauros, Turcas, Penosve interficere.

Ibidem.

* FIDES CHRISTIANA CONTRA IVDÆOS

MIRACVLIS PROPAGATA.

SERPENTIS ESVS INNOXIVS.

B LEONTIVS Antiochiæ in Syria Pontifex, vir & fide & religione in Christum laudatissimus, acerrimusque veritatis propugnator, Xenodochia studiosissime curabat, quibus viros pios, qui peregrinorū curam gererēt, præficebat. Fuere inter hos, tres præ cæteris ardentis pietatis cultores, qui negotiorum causa, in vicum ad decimum septimum miliarium Antiochia distantē (Thracunta nominant) vna profecti, comitem in itinere Iudæū habuere. Viæ Dux inter pios tres erat *Eugenius* religiosissimus. Ergo dum vna iter faciunt, *Eugenius* sermonem oris aggreditur Iudæum, & de fide in Deum, Dei vnicum filium, disputat. Iudæo verò argumenta omnia per ludibrium eludente, serpentem in ipsa via mortuum offendit, & mox Iudæus ad comites: Si, inquit, hunc anguem deuoraueritis, nihilque inde detrimenti ceperitis, Christianum me profitebor. Exemplo igitur arreptum *Eugenius* colubrum in tres diuellit partes, vnamque ipse, duas reliqui, spectante Iudæo, absument, salutique perfruant. In quibus euangelicum illud & salutare oraculum expletum est: *Et in manibus suis serpentes tullenſis & si moriſerum quid liberius, non illis nocetis.* Iudæus cum illis ad Xenodochiū reuerſus in eo manſit, Christianique fidem ſuſcepit. *Ex Chronico Sculo M.S. Matth. Kader.*

SIGNA ADMIRANDA EDITA.

Cum Rex Homeritarum (populus *Æthiopie* est) pro sua pietate cuperet Iudæorum conuersionem, qui in eius regno erant, edixit, vt dierum 40. ſtato præſinitoque tempore iam demum peracto, ad diſputandum de religione conuenirent in Threlleto, aula regiarum maxima & prima, omni ordine cōgregato; & ſacro Senatu præſente. Vbi Rex etiam adſuit cum ſanctiſſimo Archiep. aliſque Episcopis. Quod & factum eſt. Ingreſſi igitur Iudæi Herbanum, vtrum apprimè doctum, Legis & Prophetarum peritum, diſputationis auctorem & duccem conſtituerunt. Vt autem hunc Scribarum & Phariſæorum & Legis Doctorem, qui ex omnibus ciuitatibus principes ex Regis edicto conueniant, turba circūſectis, alto ſilentio facti, ſcripturæ ſacræ teſtimoniis & rationibus Iudæū ita preſſit Archiepiſcopus, vt poſt trium dierum diſputationem herbas dederit. Ac tunc ipſe: Quorſum, inquit, tēpus in diſputationibus conſumimus? Ego controuerſiā diſtinam: & ſi vis, vt non fruſtra Ieſu credā, hunc ipſum mihi viuum offende, & ego cum eo congreſſus, contempnabor ipſum & alloquar: atque illic me victum fatebor, & Chriſtianus ſiam. Vt autē Herbanus ſic locutus eſt, Iudæorum turba circumſtans alta & valida voce clāmāuit: Rogamus te & obteſtamur, Magiſter, ne inſectus & errore deluſus ſias Chriſtianus, ſed potius te præbe virū, & fortiter agē. Scis quod nihil Deo Patrū noſtrorū verius eſt & certius. Quibus Herbanus reſpondit: Nugas, vos in medium conferſis & deblateratis. Si mihi certam & indubitatā fidem faciat, quod hic ipſe eſt verē, de quo multa Prophetæ prædixerunt, alienus ero à Deo Patrū noſtrorum. Archiepiſcopus intuitus ipſū, & ſciens cum verē, nec ſimulata mente locutū, ad eum dixit: Quomodo vis me tibi certam & plenam fidem facere? Supplex Dominum tuum ora, inquit Herbanus, ſi in cœlo eſt, vt dicis, ad me deſcendere, vt videam ipſum, & conueniā: & viuat Dominus, quem dicis Patrem eſſe Chriſti tui, illic baptizor & credo. Hæc vt dixit Herbanus, Scribarum & Phariſæorum multitudo vociferata eſt: Nā Domine, qui magnus eſ, fac modo, & videamus vtrum ſermonum tuorum fremitus per opera fidē facit, & confirmat. Oſtende nobis Chriſtū tuum, & cum timore & tremore credemus in ipſum, non amplius habentes quod defendamus. Cum autē vociferarentur, ſenſum etiam & ſubmiſſe dicebant: Vis tu, vt eum nobis oſtendat? Væ quia ſiemus Chriſtiani. Alij dicebāt, Siquidem nobis oſtendat ipſum, quam obrem non credimus: Alij dicebant. Certē nobis ipſe oſtender hominem, qui tanto tempore mortuus hodiernū diem habeat, vbi etiam apparebit, cuius oſſa, vt liceat dicere, in vrna ſine loco loculo diſſoluta ſunt: Vir autē Sanctus ſciens, niſi poſtulatū ipſorum expediret, ſuum ſilentium in maximam victoriam ceſſurum eſſe, reſpondens ei dixit: Cognoscite quod vobis

ipſum procul dubio oſtendam, & tamenſi nolueritis, credetis: Sin minus, gladius vos abſumet: Sin autem non oſtendam, reuertemini arbitrio veſtro. Hoc autem Herbanus, & eis, qui cum ipſo erant, placuit. Dicebant autem inter ſe; Non poterit offendere vllō modo, quia interfectus eſt à Patribus noſtris, & mortuus eſt, & in monumento ſimuliter conſeſus, ſurreptus fuit à Diſcipulis ſuis. Sanctus autē Gregentius certō & perfectē ſciens, quod dixit Dominus: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, &c.* ſurgens ſolus exiuit, cum Regi præcepiſſet eodem in loco manere, ne cōſeſſus reſertiffimus diſſolueretur. Tunc beatus longē à cœtu ſubmotus ad precandum ſtetit: & genu ter ad pavementū flexo, tum ſurgens, & ad cœlum manus ex pādens, omnibus videntibus, ex imo corde dixit: O verbum tremendum terribilis & magni & inuiſibilis Patris ante ſæcula imparibiliter & ſine fluxu ex ipſo genitū, non factū ex ſolo ingenito lumine ſolum vni genitum coruſcans. Tu qui per ipſum ab initio cœlum & terrā firmaviſti, & ſpiritu tuo ſancto fundaviſti, & ſuper aquis vtraque reſiſti: Tu qui cœlos inclinaſti, & deſcendiſti vt pluuiā in vellus, in ſanctam Virgine Mariam: Qui Diſcipulos tibi ipſi ex tua terra & Hebræorū elegiſti, & in oculis Cotiphæorū transfiguratus es in monte Thabor: Qui ſtupendā ſigna & prodigia in medio Iudæorū nefariorum operatus eſ Ieſu Chriſte, inuocamus te vbique præſentem, & omnia implentem: miſerere huius turbæ obtenebratæ, & obumbrā ipſā tua virtute: aperitenebrosos ipſorum oculos, quos diabolus obſcrauit: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarū his te ipſum manifeſta, vt apertē & clarē te videant, & credant in te ſolum verum Deum, & in eum, qui te miſit, Patrem, & in ſpiritum tuum ſanctum, Amen. Atq. vt fidelis turba & Rex cum optimatibus dixerunt, Amen. (erant enim omniū oculi in ipſum conuerſi) terramotus magnus factus eſt, atque ab Oriente tam vehemētè intonuit, vt horrore omnes correpti fuerint, & ceciderint in terrā. Qui paulō poſt cum ſurrexiſſent omnes, & Orientem verſus intenti eſſent, ecce apertæ ſunt cœli portæ, & repente nubes fulgida explicata eſt, & à porta cœli velut planus campus ad eos viſque perueniens. Adhuc autem contentis oculis intuebatur, ecce Dominus Ieſus à portā exitus illius venit, & ad ipſos ſupra nubē deambulans accedebat coram oculis ipſorum. Erat autem ſpecioſa forma valde. Venit igitur, & in extremis partibus nubis ſtetit prope Archiepiſcopum & conſeſſum ſuū conciliū, ſupra ipſos ſerē ducentos cubitos, ita vt ipſe videretur ab omnibus purpurea nube circumamictus pulcherrimā, ex qua diuinitatis radij emicabant. In capite eius ſplendēt fulguris, & diadema pulchritudinis inæſtimabilis, & radiis velut ſpinea corona: gladiūque tenebat manu ſiniſtra, & dextra ſeipſum. Vt igitur ſtetit corā ipſo Dominus, tremor non enarrabilis cum gaudio in ipſum Regem & optimates incidit, atque in omnem Chriſtianorum multitudinē, ſic vt præ illo horrendo ſpectaculo neque ipſi loqui poſſent. Solummodō ſurſum obtuentes iucunde ipſum conſpiciebant, & præ immenſa, atque incredibili lætitia attoniti, ſtupeſcebant. Iudæi verō cum ſuo Herbanus horribile & tremendum illud myſterium ſpectantes, animo percellerāt valde, ſua pectora tundentes, & præ tremore ac formidine, huc & illuc circūſpicientes fugam quærebant. Archiepiſcopus autē ad Herbanum alta voce clāmāuit: Contemplant, o Herbane, horrificum illud myſterium, de quo tibi magna eſt ſerutatio & inquiſitio, atque inconcuſſam & certā habeto fidē, & crede indubiter, quod vnus ſanctus, vnus Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris, Amen. Hic autem adhuc tacebat. Venit igitur vox à Domino ad Iudæos; Propter magnam Archiepiſcopi inuocationem, appareo vobis in oculis veſtris, ego crucifixus à patribus veſtris, Voce autem edita, attoniti ſtupuerūt omnes, & proni in terram conſiderunt; & quod B. Paulo, cum huic Dominus apparuit, quondam accidit, vt excæcaretur, hoc idem ipſis euenit: Siquidem aperti oculis neminem videbant. Quæ cum ſic facta fuiſſent, ad faciem Domini radicata in ſublimi, quæ erat deorſum ſub ipſo nubes lucida, eum occultauit à facie ipſorum: & ſic ſeruatore ad interna ſurſum perambulante, paulatim cōduplicabatur à tergo ipſus nubes, donec ad cœleſtia domicilia reuerſus eſt Dominus. Rex autem & turbæ Chriſtianorum fiducia recollecta, tum valida & firma voce clāmāunt; Domine miſerere. Et R. Archiepiſcopus cernuus & pronus in terram incumbens, & ad Dominum Deum noſtrum preces fundebat, &c. Tunc Herbanus ſuis dixit; Nos